



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Degradatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

DEGRADATIO. 109

bus stare declarationi sui Guardia-  
ni, & cuiuscumque alterius Prælati.  
Sub quo comprehenduntur Vicarij  
& Præsidentes in absentia Guar-  
diani. *ibid.*

Dubia orta ex verborum ambigui-  
tate, Jurisperitorum interpretatione,  
in fauorem Regularium sunt semper  
intelligenda. *Ex concess. Leon. X. &  
Iulij I. art. 6.*

DEGRADATIO.

*Vide Eicere è Religione.*

**D**Egradatio est duplex, verba-  
lis, quæ fit solis verbis pri-  
uantibus Clericum, aut Religiosum  
omni dignitate & priuilegio cleri-  
cali; & actualis, siue solemnis, quæ  
fit verbis & ceremoniis. Post hanc  
statim potest iudex secularis acci-  
pere degradatum. Quæ suo modo  
applicanda & moralisanda sunt in  
simplici electione, & exutione Mo-  
nachi à Religione: nam eiectione ver-  
balis, quæ est, quando sententia dif-  
finitiuæ datur contra Fratrem eii-  
ciendum, æquiparatur verbali de-  
positioni; actualis verò exutio ha-  
bitus actuali degradationi. *tom. I. q.  
23. art. 4. & 5.*

Epifco



110 DESCENDENTIA.

Episcopus secundum verioremententiam potest restituere degradatos verbaliter, non autem degradatos actualiter, quia id solus potest Papa. *art. 5.*

Prælati auctoritatem quasi Episcopalem habentes possunt recipere ad Ordinem eiectos cum habitu (quod & olim factum est) & restituere verbaliter priuatos omni priuilegio Regulari: sed nullo modo erectos sine habitu & tonsura, *ibid.*

DESCENDENTIA.

*Vide Electio, Nouitius.*

**D**escendentes ab Infidelibus Iudæis & hæreticis, quorum aliquis parentum in linea recta usque ad quartam generationem inclusive fuit concrematus, aut eius ossa, aut statua igni tradita, sunt inhabiles ad omnes dignitates & officia Religionis, per plures constitutiones; & graues admodum pœna infliguntur in eligentes. Et electus eiusmodi iurisdictione caret. Licet dicant aliqui extare Bullam in Conuentu Ara - cæli restringentem ad secundum gradum ex parte paterna,

na,